



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Regvlarvm Vtrivsque Ivris Cvm Ampliationibvs Ac
Limitationibvs**

Dueñas, Pedro

Venetiis, 1566

Regvla LXVI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63232)

secundum appofilat. in uerfi. legata circa Medi. d. fing. 162. q. perpetuo not. sed uide mod. in l. eam quam C. de fideicom. 11. limit. & doct. in l. nemo potest. ff. de leg. i. Cast. confi. 389. uol. i. cum aliis.

3 Fallit quando filius est institutus hæres qui licet abstinere. Attamen propter existentiam suicitatis sicut sustinetur libertas: eodem modo sustinetur relicta ad pias causas, proinde ac si hæreditas fuisset adita. Ita Bal. in auct. hoc amplius ij. col. de fideicom. Ias. in d. l. eam quam nu. in eod. titul.

4 Fallit quando legatum concernit sepulturam testatoris, uel sustentationem infirmorum, quia tunc non requiritur aditio ex quo res non recipit dilationem, secundum Bal. in d. l. eam quam in 3. col. Ias. ibi in 3. limit. De fideicom. C.

5 Fallit in donationibus factis per testamentum in mortuario articulo, seu ob causam mortis, ut est glo. not. in l. filiarum in uerfi. filiarum in fine. C. famil. heredi. ubi non requiritur aditio hæreditatis. secundum Ang. in l. ii. §. fin. ff. de usucapio, quod not.

6 Fallit etiam in multis aliis casibus, positus per Bal. Ange. Alber. Bar. & Ias. in d. l. eam quam. C. de fideicom.

REGULA LXVI.

1 Legatum per rei legatæ alienationem extinguitur: text. est in l. fideicommissa. §. si rem. ff. de leg. iij. §. sed etsi rem instit. de legat. & ibi Ang. Alex. confi. 157. nu. 1. uol. 7.

2 Amplia. d. reg. etiam si testator rem legatam pignorauerit facto & ad instantiam legatarii. Ratio quia eo tunc res transit cum commodo & incommodo. i. cum onere & honore. ut l. cum pater. §. mense. ff. de legat. ii. q. secus est. si pignoraasset. pro facto alieno, quia hæres teneretur rem obligatam luere & legatario præstare. ut d. §. si rem. & ibi Bar. & doct. omnes. & Ang. in d. §. sed si rem. instit. de legat. num. 2. & no. Bar. in l. si tibi homo in princ. ff. de legat. i.

F 5 1 Fallit

- 1 Fallit hæc reg. in 2. fallen. quas ponit Sonc. in reg. 270.
 2 Fallit etiam ultra prædictas fallen quando apparet de firma & manifesta uoluntate testatoris, declarantis suam intentionem, & postea transcurri essent anni 20. qui tunc excursu decennii. cum declaratione testatoris arguitur animus & uoluntas testatoris: ita Bal. consi. 39. & 40. uolu. secundo.

REGVLA LXVII.

- 1 Legatum accipiens non potest petere incisionem testamenti. Ratio quia quod approbo, improbare non debeo, ita tenet Roma. sing. 482. accipiens, & Bal. in consi. 140. nu. 2. uol. iij.
 1 Amplia. hoc idem in donatione causa mortis tex est in l. si uero uersiculo. sed si mortis. ff. de bon. lib. ubi Gilbertus causa mortis donationem fecerit patrono. & ille legatum agnouerit, utique repellitur a bon. possessore contra tabul. Ratio est quia patronus acceptando mortem liberti donationem causa mortis utique arbitritur, q̄ erit etiam gratus in testamento.
 1 Fallit nisi legatarius legatum agnosceret, præmissa reservatione q̄ legatum accipit sine præiudicio iurium liberorum circa incisionem testamenti, ita de muliere, quæ absente marito protestatur, q̄ non uult assentire alienatione fundi dotalis: si postea assentit talis protestatio fit inuac. not. in c. cum matrimonii. de off. delegat. doct. in l. de pupillo. §. si quis ipsi. ff. de op. no. nunc P. Girar. sing. 81.

REGVLA LXVIII.

- 1 Legatum factum alicui sub conditione. si remanet educum, utique remanet apud hæredem sine onere. tex. est in l. quidam non referunt. ff. de iur. codicilli & l. unica. §. & cum triplici. & §. in principio itaque. C. de collat. tollend.